



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

Johannes <Climacus>

Coloniae, 1583

VD16 J 520

Vita Abbatis Theodosij solitarij, Capvt. LXVI.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

status, quòd ex tanta abstinencia, atque continencia in extremo vitæ suæ tempore, ad comedendū carnes deuolutus esset. Mox ergo in extasi factus, vidit quendam dicentem sibi: Quare sic de presbytero scandalizatus es? Quia illum vesci carnis vidisti? Nescis, quia necessitate compulsus, & propter obedientiam id fecit? Nempè propterea scandalizari non debuisti: Nam si merita, & gloriam fratris tui videre cupis, retro conuertere, & vide. Conuersusque vidit fratrem suum crucifixum cum Domino. Atque ad eum is, qui illi apparuerat: Ecce in qua gloria frater tuus est.

1 Antiqui monachi etiam à carnibus abstinebant.

Vita Abbatis Theodosij solitarij.

C A P V T. L X V I.

Abbas Antonius Dux monasterij Aeliotarum, qui etiam illud ædificauit, narrauit nobis de Abbate Theodosio, quòd senex ipse hæc de seipso narrabat: Priusquam ad vitam solitariam transissem, factus in extasi aspexi vitum quendam, cuius species claritatem Solis vinceret. Hic tenens manum meam; Veni ait, quia pugnare, & luctari te conuenit; & induxit me in theatrum infinitæ magnitudinis. Aspexi autem theatrum plenum viris ex vna parte candido amictu, ex alia verò nigro vestitis. Cùm ergo iniecissem me in theatrum, aspicio virum miræ magnitudinis Aethiopem, cuius caput turpissimum penetrabat nubes. Tunc ait ad me inuenis ille, qui mihi apparuerat. Cùm hoc luctari te oportet. Ergo, qui aspectu viri illius proceri territus eram, tremere, ac pauere cœpi, orabamque iuuenem illum splendidum, qui me induxerat in theatrum, dicens: Quis hominum mortali conditione,

one, & infirmitate circumdatus, cum hoc luctari posset: Non ipsum vniuersum genus humanum, si in vnum confluat, huic resistere praeualet: At autem ad me iuuenis ille praeclarus: Proius cum illo te luctari opus est. Ingredere igitur cum omni alacritate, & fiducia: Mox enim vt tu illum adorsus fueris, ego adiutor adero, tibi que victoria coronam reponam. Vt ergo ingressus ad certamen sum, luctari que inuicem coepimus, continuo praeclarus ille iudex, nostri certaminis affuit, minique coronam dedit. Atque plebs illa obscura, Aethiopiique multitudo ingens eiulantes euaneuerunt. Pars vero reliqua candidatorum gratias illi, & laudes referebant, qui me iuuerat, ac praeclara victoria donauerat.

C A P V T. LXVII.

DE hoc Abbate Theodosio solitario narrat nobis Abbas Cyriacus eius discipulus, quod XXXV annos egerit in solitudine, tempore post biduum comedens, & iugiter silentium seruans, neque ad aliquem loquens. Caeterum si loqui voluisset, signo potius, quam verbo utebatur. Hoc & ego vidi. Mansi enim in eodem Aeliotarum monasterio annis decem.

1. Vide sancti patris aliam secessionem, longa ieiunia, & iuge silentium.

C A P V T. LXVIII.

DE Abbate Theodosio cum audisset Abramum Dux sanctae Mariae nouae, quod non haberet pallium, quo hyeme vteretur, emit illi Quod postquam senior accepit, quadam die cum obdormiret (dormiebat autem in sella senex) ascenderunt latrones, & exuerunt illum pallio, abeuntesque secum illud tulerunt. Quo facto, nihil omnino locutus est senex.

1. Ecce beati viri paupertatem.